mortem Generosi olim Petri Dersniak recepti et manibus tenti
ex manibus eiusdem Andreae Grzeblowski recepit ac manibus
tenuit. Quas tandem literas seu privilegia hic idem recognoscens
ad manus Generosi Stanislai Dersniak successoris legitimi dicti olim
Generosi Petri Dersniak reddidisse ac restituisse et ea ratione
ad officium praesens contestatus est.

Kowalski cedit Zapolski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitaneatus Praemisliensis Generosus Victorinus Kowalski a Pallati-
natibus Terris Districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac fo-
ro competenti recedendo huic officio praesenti Castrensi Praemisliensi iurisdictioni
se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad praesentem actum attinet in-
corporando et subijciendo sanus mente et corpore existens publice palam
recognovit. Quia ex Inscriptione Castrensi Praemisliensi sibi per Nobilem
49 Mathiam Szymakowski super summam Centum florenorum pecuniae non
Poloniae facta et recognita cum omni iure dominio et proprietate
totoque vigore et nexu Inscriptionis eiusdem submissione Intromissione
Evictione iam exnunc Generoso Dobrogostio Zapolski Notario
Castrensi Praemisliensi et suis successoribus cedit et condescendit omneque
et integrum ius suum quod eidem ipsi ex summa praefata spectat et
convenit super eundem Zapolski et suis successoribus transfundit
et incorporat perpetuis et aeternis temporibus ac summam prae-
dictam Centum florenorum pecuniae eidem Dobrogostio Zapolski et suis
successoribus dat donat et inscribit perpetue in cuius summae et ad
mittendum eidem iam exnunc coram officio praesenti in praefata Inscriptione praesenti
inscripti realem Intromissionem actualem et pacificam possessionem

permittendam palla tractus Russiae cum quacunque iuris forma
mutis tamen Inscriptionis et nihilominus praedictus recognoscens
se suis successoribus in bonis suis omnibus praesentem Inscriptionem ex
his actis ad Acta Terrestria Praemisliensia ante Terminum ... Anni
transferre et transportare sub vadio Centum florenorum
pecuniae monetae Poloniae. Pro quo quidem vadio casu non satisfactionis
praemissis transgressionis quoties se praenominatus Victorinus Kowal-
ski cum successoribus praefato Dobrogostio Zapolski aut suis po-
steris citare permiserit toties recedendo ab omni suo proprio foro et
competente coram praesenti Castrensi Praemisliensi officio cui se et successores
supradictos acto incorporat successoresque suos cum bonis omnibus
subijcit semper peremptorie stare parere eidemque Inscriptioni
rite satisfacere cum posteris suis habere toties quoties opus fuerit Nul-
la praescriptione Terrae in praemissis obstante et inde termini semper perempto-
rii nullis moris cum legibus Allegationibus Motionibus Appellationibus Exa-
ctionibus Protestationibus Suspensionibus Dilationibus ad quietationem
evadendam idem se cum successoribus bonis suis omnibus iuris remedijs ab
renunciando. Quod actum firmatum est.

Zapolski quietat Kowalski

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Praemisliensis perso-
naliter constitutus Generosus Dobrogostius Zapolski Notarius Castrensis 13
Praemisliensis a Pallatinatibus Terris Districtibus iuribusque suis quibus-
vis propriis ac foro competenti recedendo huic officio praesenti Castrensi Prae-
misliensi iurisdictioni se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad praesentem
actum attinet incorporando et subijciendo sanus mente et corpore exis-